

700 Vico in Gargano.

D · M · S
 HIC · PATER · ET · MATER
 POSVERVNT
 OSSVA · NATI · AN · II
 5 M · SEXT · DIES · V
 P · VINIVS · ARBVLA
 ET · RVFINA · MEROPE
 PAREN · VINIO
 ETRVSCO · FILIO · F

Ioh. Vinc. Mattei *monografia di Vico (Giorn. degli Atti della società economica di Capitanata Neapoli 1837/8) p. 45.*

Hic pater et mater posuerunt ossua nati.

701 Vico in Gargano.

DI · M · S
 REVIDIAE · TIL
 AE · QVAE · VIXIT
 AS · XIII · FECIT
 5 SEXTIA · PROTHA
 FILIAE · B · M · F

Mattei l. c. ad n. 700.

XXX. TEANVM APVLVM (passo di Cività prope S. Paolo). Tribu Cornelia?

Apulorum urbs haec antiquiore tempore Teate magis dicta fuit quam Teanum; nam illo solo nomine in nummis usa est inscriptis aut *Tiatium* litteris Oscis aut Latinis *Tiati* (Friedländer *osk. Münzen* p. 49 seq.; Sambon *monn. de la presqu'île ital.* p. 217 seq.), qui cum frequentissime reperiantur ibi, ubi Teanum Apulum fuisse scimus (Sambon l. c.; *unterital. Dial.* p. 301), eandem urbem modo hac modo illa nominis declinatione appellari satis constat. Ex auctoribus qui primus eius meminit Livius ad a. u. c. 436 refert (9, 20, 4) *ex Apulia Teanenses Canusinosque populationibus fessos obsidibus L. Plautio consuli datis in deditio-nem venisse.* Deinde ad annum sequentem: *inclinatis semel*, ait (9, 20, 7), *in Apulia rebus Teates quoque Apuli ad novos consules . . . foedus peti-tum venerunt, pacis per omnem Apuliam praestandae populo Romano auctores. id audacter spondendo impetravere, ut foedus daretur, neque ut aequo tamen foedere, sed ut in ditione populi Romani essent.* Idem factum sub diversis nominibus his narrari post Niebuhrium (historia Rom. 3, 264) hodie omnes consentiunt. Postiore tempore Teate nomen redit in uno libro coloniarum (p. 210 *theatinus* Arc., *theanus* Pal.; p. 261 *teate*); plerumque dicitur Teanum Apulum (Strab. 6, 3, 41 p. 285: τὸ Ἀπουλον Τέανον ὁμώνυμον τῷ Σιδικίῳ quique interpolavit Ciceronis orationem pro Cluent. 9, 27; *tene apulo, tene apolon* itineraria supra p. 25) sive Teanum Apulorum (Plin. 3, 11, 103) sive Teanum nude (sic Cicero ad Att. 7, 12, 2; Mela 2, 4, 65; Τέανον Ptolemaeus 3, 1, 72). In titulo saeculi quarti n. 703 est *civitas Theanensis.* Antiquum caput Apulorum proprie dictorum Teanum fuisse

et Liviana narratio altera satis prodit et confirmant nummi multi et varii et insignes admodum; nam praeter Arpanos soli in universa Apulia Teatini nummos argenteos formae maioris euderunt. Oppidum ubi fuerit, inde colligitur, quod a fuit a Larino non XII, ut est in Peutinggerana, sed, ut ait Cicero pro Cluentio l. c., XVIII m. p., situmque fuit teste Strabone l. c. ὑπὲρ τῆς λίμνης (*lago di Lesina*) ἐν μεσογαίᾳ, scilicet ubi fuit antiquum episcopium Civitatense (Ughelli 8, 270), nunc transitus est fluvii Fortore *al passo di Cività* non longe ab oppido San-paolo*). Municipium fuisse Teanum intellegitur ex n. 705. Corneliae tribui Teanenses adscriptos fuisse probabile est propter eandem. De magistratibus adhuc non liquet.

Inscriptiones ad S. Paulum et Lesinae et ad S. Severum repertas praeter communes auctores referunt Io. Camillus ROSSI (synodus Severopolitana. Neapoli 1826. 4. pp. 154) p. 129 et GERVASIVS (*intorno ad alcune antiche iscrizioni esistenti in Lesina.* Neapoli 1853. 4. pp. 68), in cuius epistulario vol. IX et XI eidem tituli reperiuntur missi ei ex S. Severo et ab aliis et ab Alphonso d. 16 Sept. 1834 et 8 Aug. 1835.

* Carolus Tondi Sanseverinus in epistula ad Gervasium scripta 26 Mai 1828 (epp. ms. vol. XIII): *la Pezza della chiesa, ait, è realmente il sito di Tiate Apulo. Tutte le monete di Tiati, che il mio microscopico museo contiene, mi vengono di là. Moltissimi ruderi e pietre vi si osservano, non chè un acquedotto. L'aratore di tratto in tratto vi disotterra delle pietre incise, delle antichissime monete romane, delle familiari, delle imperiali ecc. Tal luogo dista da S. Paolo circa 1 miglio e mezzo.*

702 ex marmore versicolorio superfici curvi, quasi columnae pars fuerit. Lesinae strada Uranio n. 49 in pavimento ante domum.

DO//BEL
 LEG
 imp CAESARIS · AVC

Dressel descripsit.

Infra leviter incisum ΠΕΡΤΙΑΥ vix antiquum est.

703 [=5191] Lesinae apud aedes Fr. Xaverii Apone vi lacus detecta a. 1815 ROSSI. *Da me squadrata in Ott. 1815 dietro il Duomo di Lesina verso il Nord.* FRACCACRETA. Hodie pars scripta latet in muro.

FL · VRANIO · V · P · REC
 PROV · VINDICI · LEGVM
 AC · MODERATORI
 IVSTITIAE
 5 ORDO · SPLENDIDISSIMVS
 CIVITATIS · THEANENSIS
 VNA CVM POPVLARIBVS
 SVIS DIGNO PATRO
 NO · POSVERVNT

1 fin. puncta addit Gerv., REG Fracc. — 2 PROV Rom. Fracc. Cap. Gerv. (ms.), PROC Rossi, PRO Gerv. (ed.). — 3 MODETORI 'sic' Rom. — 5 SPLENDIDISSIMVS Rom. Fracc. Tondi Gerv. (ms.). — 6 THEANENS Fracc. Rom. Tondi. — 7 POPVLARIB Fracc. Rom., POPVLARIB Cap.

Titulum C. I. Gr. n. 4430 in Cilicia dedicavit Φλ(αούιος) Ουράνιος ὁ λαμπρότατος ἄρχων τῆς Ἰσαυρίων ἐπαρχίας imperantibus Valentiniano Valente Gratiano.

704 in urbe civitatis Apuliae CHIG. Intellege Teanum Apulum.

VIV
 Q · MVTTIENVS
 Q · L · PHYLAX
 AVG
 5 MVTTIENAE · Q · L
 FELICVLAE · FILIAE
 VIX · ANN · XII · ET

Servavit codex Chig. I. VI. 203 f. 45', inter Pontaniana opinor.